



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

38. Ecce duo gladij hîc.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

ille conuersus alios cōfirmaret, in illis verbis & non defecturā Petri fidē, & supremā cæteros corroborendi potestatem manifestè docet, simulque maiorē illū, de quo cōtentio erat, obiter ostendit. Sic ex hoc loco collegerunt Patres, S. August. in lib. de qq. noui & vet. test. q. 79. & serm. 124. de temp. Leo Magnus in anniuersario assumpt. suę: Ambros. in Psal. 43. Theophylactus in hunc locum: Bernard. Epist. 190. ad Innocēcium Papam: Lucius Papa in epist. decretali. Notandum verò quod Caluinus in commentarijs ad hunc locum horum verborum tractationem penitus prætermisit, & Institut. lib. 4. vbi omnibus Scripturis pro primatu Petri respondere conatur, hunc locū penitus dissimulat. Beza quoque in Annotationibus suis ad hæc verba nihil prorsus annotat. Aperta veritas os illis obturauit, satis alioqui ad aliquid semper cauillandū callidis. Sed nec in Marlorati cathena contra Petri primatum, ita luculenter tot Patrum testimonijs roboratum, aliquid affertur.

38. *Ecce duo gladij hic.*

D I V V S Bernardus in lib. 4. de consideratione ad Eugenium alludens ad hæc verba, duplicē ponit in Rom. Pontifice iurisdictionis gladium; vñ spiritualem, alterum temporalem; vt illum manu, hūc nutu suo proferrat. Deuoluit hoc in Canonistas Caluinus, & sic contra eos declamat: *Quod hinc eliciunt Canonistæ cornutos suos Episcopos duplici iurisdictione esse præditos, non solum putida est allegoria, sed proteruum ludibrium quo Dei verbo insultant. Atqui huc dementię prolabi oportuit Antichristi mancipia, vt palam sacrilego contemptu sacra Dei oracula calcarent. Hęc ille rabula. Sanctissimum*

Caluini
maledi-
centia re-
tunditur.